

# DE VSVRIS

## TRACTATVS VTI

### LISSIMVS, INSTRVCTIONEM

tam Practicis quàm Theoricis proponens, in qua  
quis olim & quis nunc sit vsus vsurarium, proprijs

Historijs & legibus congruis aperitissime de-

claratur, præmissa sufficienti refutatione

argumentorum omnium quæ aduersus

vsuras ciuiles flecti consueverunt,

quibus expositio Tit. de vsur.

ex lib. 22. ff. adiuncta est

& C. eod. mixtim.

Petrus à Vuell Iureconsult.



COLONIAE

Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.

Cum priuilegio Cæsar. Maiest. ad decennium.

ANNO M. D. LXIIII.



# DE VSVRIS

TRACTATUS  
AUCTOR AD BENEVO-  
lum Lectorem.

Fertur in his hodie quæ scripsimus amplius abusus  
Usuræ, cuius provenit arte lucrum:

An sit & ars: quod & officium, quis et aptior usus  
Usuræ, monstrat pagina nostra tibi.

Candide Lector, ames simul ista novella sequentium  
Post alios veram cernere scripta, nocens

Neue tibi mentem formet censura, priusquam  
Legeris ad calcem sine peracta suo.

Tamq̃ placere tibi iucunda per utile dici

Quippe recognosces) quam peto ut ista legas:  
Legibus ipse recens usuræ quæritur ordo

Illaq̃ nunc erecta est credita prava prius.

Erectum procul hinc procul inde videbis abusum

Qui quasi erat pridem vipera dira, vale.

CLARISSIMIS SA-  
PIENTIA, VIRTUTE,  
ET ERUDITIONE ORNATIS-

*simis dignissimisque viris & Dominis, Consuli-  
bus, ac Senatoribus inclytæ Reipub. Vnesar-  
liensis administratoribus, Dominis  
suis colendis, S. D.*



Abor in re bona & utili  
honestus esse rectè & or-  
dine ab ingenuis viris cense-  
tur, ac vt ait Poeta, in re tenui labor  
at tenuis non gloria &c. Putauigi-  
tur non alienum à me esse cùm in iu-  
ris studio verser, nec etiam abs re es-  
uenturum, si & meam hanc operam  
in titu. ff. de vsuris positam luci tra-  
derem, non quod in animũ induxe-  
rim tot scriptis claris. virorũ in iure  
ciuili extãtib. meũ illis conatũ anpu-  
merundũ, multo minus præferẽdũ,

*(quid enim contendat hirundo*

*Cygnis, aut quid nam tremulis facere artub. hædũ  
Consimili in casu pessunt, & fortis equi vis? vt ait*

# DE VSVRIS.

## TRACTATUS VTI-

### LISSIMVS, INSTRUCTIONEM

tam Practicis quàm Theoricis proponens, in

qua quis olim & quis nunc sit vsus v.

Jurarum, proprijs Historijs & le-

gibus congruis apertissimè

declaratur, &c.

### EXORDIVM.



ETVS dictum, est hu-  
manissime Lector, con-  
traria iuxta se posita &  
ad inuicem relata magis  
elucescere, & clariora ef-  
fici intellectu, quod pro-  
fectò rectissimè prolati  
memoratur à sapientis

bus. Ac huius dicti viam Iureconsultos creberrimè  
& constanter ingressos in inquisitione veritatis, le-  
genti Leges Romanas quasi spontè venit obuiã &  
innotescit, quia cum veritas à paucis conspiciatur  
& varijs variarum rerū velut involucris, nunc hæc  
nunc illa modò vtraque in inuestigatione æqui &  
boni oculis nostris obuersentur, opus fuerit in v-  
tramque partem pro & contra (vt dici consuevit)  
rem dubiam & controuersam (qualis imprimis est

B

doctrinæ